BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 46r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et congregabo eos in medio ciui
tatis huius. et debellabo ego uos in
manu extenta. et in brachio forti et
in furore. et in indignacione et in ira
grandi. et percuciam habitatores ciuita
tis huius homines et bestie pestilen
cia magna morientur. et post hec ait
dominus. Dabo sedechiam regem
iuda et seruos eius. et populum eius. et
qui derelicti sunt in ciuitate hac a
peste et gladio. et fame. in manu na
buchodonosor regis babilonis. et
in manu inimicorum eorum. et in ma
nu querencium animas eorum et
percuciet eos in ore gladii. et non mo
uebitur. neque parcet neque miserebi
tur. et ad populum hunc dicetis. Hec
dicit dominus. Ecce ego do coram
uobis uiam uite. et uiam mortis
qui habitauerit in urbe hac morietur
gladio et fame. et peste. qui autem
egressus fuerit et transfugerit ad
chaldeos qui obsident uos uiuet
et erit ei anima sua quasi spolium
Posui enim faciem meam super ciui
tatem hanc. in malum et non in bo
num ait dominus. In manu regis
babylonis dabitur. et exuret eam
igni. et domum regis iuda. Audite
uerbum domini domus dauid. Hec
dicit dominus. Iudicate mane iu
dicium. et eruite ui oppressum de
manu calumpniantis. ne forte egre
diatur ut ignis. in dignacio mea
et succendatur. et non sit qui extin
guat propter maliciam studiorum
uestrorum. Ecce ego ad te habitatri
cem uallis solide atque campestris

ait dominus. Qui dicitis. Quis
percuciet nos. Et quis ingredietur
domus nostras. Et uisitabo super
uos in [illegible]xta fructum studiorum
uestrorum dicit dominus. Et suc
cendam in saltu eius. et deuorabit
omnia in circuitu eius. XXII

Hec dicit dominus. Descen
des ad domum regis iuda
et loqueris ibi uerbum hoc
et dices. Audi uerbum rex iuda.
domini qui sedes super solium dauid
tu et serui tui et populus tuus qui ingre
dimini per portas istas. Hec dicit
dominus. Facite iudicium et iusticiam
et liberate ui oppressum de manu calump
niatoris. et aduenam et pupillum et
uiduam nolite contristare. neque op
primatis inique et sanguinem inno
centem non effundatis in loco isto
Si enim facientes feceritis uerbum
istud. ingredientur per portas do
mus huius reges sedentes de gene
dauid super thronum eius. et ascen
dentes currus et equos ipsi et serui et
populus eorum. Quod si non audie
ritis uerba hec. in memet ipso iu
raui dicit dominus. quia in solitu
dinem erit domus hec. quia hec dicit
dominus. super domum regis iuda
galaad. tu michi caput libani si non
posuero te solitudinem. urbes in
habitabiles. et sanctificabo te super inter
finentem uirum et arma eius et
succident electam cedrum tuam
et precipitabunt in ignem. et pertran
sibunt gentes multe per ciuitatem
hanc. et dicet unusquisque proximo